



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Sacerdotii Origine & Præstantia - Variis item Industriis, & Praxibus, quibus Sacerdotes boni ad Dei gloriam suámque & Proximi salutem promovendam sunt usi ; Malorum Qvoque Sacerdotum infelici interitu, radicibus, & remediis Cui etiam Compendium Ritualis, ea, quæ pro commodiori Sacramentorum & ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1681

Testimonium summorum Pontificium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48600](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48600)

II. Concilium Carthaginense IV. c. 34. sic definit: *Episcopus in quolibet loco sedens stare Presbyterum non patitur. Et c. 35. Episcopus in Ecclesia & in Concilio Presbyterorum sublimior sedeat; intra domum verò Collegam Presbyterorum esse agnoscat.*

III. Concilium Laodicense c. 20. Nicænum c. 28. Trullanum 10. c. 39. concorditer præcipiebant, non oportet Diaconum coram Presbytero sedere, nisi iussione Presbyteri.

NONUM
TESTIMONIUM SUMMORUM
PONTIFICVM.

I. S. Clemens Constit. Apost. l. 3. c. 15. scripsit: *Episcopus elige adutores tuos vita & iustitia operarios, DEO gratos quos ex cuncto Populo maxime dignos probaris, & facientes ad molestias & vexationes in usus Ministerii sustinere.* Item l. 7. c. 32. *Constituere Presbyteros homines pios, immunes, non cupidos, veritatis studiosos, probatos, sancti acceptiones Personarum, qui valeant docere sermonem veritatis, recte procedentes in placitis Domini. Vos verè honorate, ut Patres, ut Dominos, ut beneficos, ut benè merendi Authores. Unde l. 2. c. 33. rectè concludit: *Honore tur reverentiam adhibentes, omni eos genere honorificite.**

II. Nicolaus Papa dist. 96. c. eod. ait: *In scripturis reperitur, Imperator Constantinus dixisse verè: Si propriis oculis vidissem Sacerdotem DEI peccantem, chlamydem ei expoliarem, & coeperirem eum, ne videretur. Hanc sententiam diximus vobis, cunctos vos reddere cupientes, ut ad Domini Sacerdotibus, qui verè Patres sunt, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem piis mentibus ingerat, non infrunitum Noè filium imitantes paternam de re verecundiam contegatis.*

III. Anferus l. 1. q. 3. c. eod. in Epistola ad Hispanos scribit: *Absit, ut quidquam sinistrum de iis arbitremur, qui apostolico gradu succedentes, Christi Corpus sacro ore conficiunt, quorum industriâ facti sumus Christiani, quique clavos*

colorum habentes ante diem iudicii quodammodo ju-
dicant.

IV. Fabianus 2. q. 7. c. eod. Sacerdotes, inquit, quos Do-
minus suos esse voluit, non sunt leviter tractandi, nec la-
cerandi, vel temerè accusandi, quoniam eorum sibi causas
Dominus reservare voluit, & suo iudicio vindicare.

V. Anacletus epist. 2. ad Episc. Ital. Dominus, ait, sacræ
sui Corporis tractatores à vilibus & reprobatis Personis in-
famari noluit, nec calumniari permisit, sed ipse proprio
flagello Sacerdotes à templo ejecit.

VI. Telesphorus 6. q. 1. c. eod. decernit: Omnes, qui ad-
versus Patres, id est, Sacerdotes armantur, infames esse
censemus.

VII. S. Gregorius Magnus ad Joannem Episcopum Con-
stantin. scribens: Ego, inquiebat, cunctorum Sacerdotum
servus sum, in quantum ipsi sacerdotaliter vivunt.

DECIMUM

TESTIMONIUM IMPERATORUM
AC REGVM.

I. Arcadius & Honorius Imperatores C. de Episc. & Cleri-
ca. ed. decreverunt: Si quis in hoc genus sacrilegii proru-
perit, ut in Ecclesias Catholicas irruens, Sacerdotibus &
Ministris, vel ipsi cultui, locoque aliquid importet injuria,
quod geritur, à Provincia Rectoribus animadvertatur, at-
que ita Provincia Moderator Sacerdotum & Ecclesia Ca-
tholica Ministrorum, loci quoque ipsius, & divini cultus in-
juriam capitali convictos sive confessos sententia noverit
condiscendum.

II. Constantinus Imperator, cum integer ei libellus ca-
lamitatis contra Episcopos & Sacerdotes refertus oblatus es-
set, accepit illum quidem, sed mox non lectum comburi
iussit, indecorum asserens, ut, qui judicari ab ipsis debeat,
eisdem iudicet. Pœd. Christ. p. 1. c. 6. §. 4.

III. Theodosius Imperator, cum ab initio more aliorum
Imperatorum in templis intra cancellos sedem habuisset,
deoque S. Ambrosius indignum hoc ratus, sedem illi aliam

F 3.

extra